norum, quiescat, primum quidem quia tyranni est, secundo autem quia et civitatem cognominatam habet, dicimus Polemonium, et quia melius erit provincias ex nominibus christianis et imperialibus magis, quam ex bello et tumultu cognitis designari.

Polemón, que fué en lo antiguo el de muchos tiranos en el Ponto, en primer lugar ciertamente porque es el de un tirano, y en segundo lugar porque tiene también así llamada una ciudad, nos referimos á Polemonio, y porque será mejor que las provincias sean designadas con nombres cristianos y más bien imperiales, que no con otros conocidos por guerras y perturbaciones.

### Cap. II

Omnesque (1) tredecim civitates provinciae sint unius, privanda quidem neutra earum metropolium (2) (Amasia dicimus et Neocaesarea) metropolis nomine, deo amabilibus autem earum episcopis metropolitanis (3) quidem hic ordinandis, qui vero sub eis constituti sunt similiter ab eis, qui metropolim habitant, sicut hactenus fuit, ordinandis. Nihil enim circa sacerdotium earum novamus, quoniam etiam (4) in una provincia et (5) vetus tempus et hoc, quod nunc ordinatum a nobis est, novit talia (6) plurima statuta in (7) deo amantissimis episcopis consistentia. Et praesit eis vir unus, iudex quidem utriusque provinciae, moderator autem appellatus, quem aliquis compositorem vocarit (8) consueta utens lingua, quoniam et moderatoris nomen antiquum est et romanam nobilitatem (9) decens, et compositor antiquus quidam (10) iudex erat ex Lacedaemone ad subiectos missus.

### Capitulo II

Y sean todas las trece ciudades de una sola provincia, no debiendo ser, á la verdad, privada ninguna de estas metrópolis, (queremos decir la de Amasia y la de Neocesárea), del nombre de metrópoli, debiendo ser ordenados aquí ciertamente los obispos, amantes de Dios, metropolitanos de ellas, y debiendo ser ordenados igualmente por los que habitan la metrópoli, como hasta ahora se hizo, los que se hallan constituídos bajo su autoridad. Porque no innovamos nada relativo al sacerdocio de las mismas, porque así la antigüedad como la organización que ahora se da por nosotros vieron también en una sola provincia establecidas muchas cosas semejantes relativas á los obispos, amantísimos de Dios. Y presídalas un solo varón, juez ciertamente de ambas provincias, pero llamado gobernador, á quien alguien llamaría componedor sirviéndose del lenguaje vulgar, porque el nombre de gobernador es antiguo y acomodado á la nobleza romana, y el componedor era cierto antiguo juez enviado á los súbditos de Lacedemonia.

### Cap. III

Unde qui hoc cingulum sumit nominetur moderator Iustinianus Hellesponti (11). Obedient autem ei (12) et milites in provincia collocati, habeatque et ad responsum, omnisque succumbat fortuna, rationem (13) privilegii obiicere non valens. Audiat autem et causas pecuniarias et criminales, et alias, minores quidem ex non scripto et gratis, maiores autem ex (14) scripto quidem, cum ordinata vero secundum sacram nostram constitutionem (15) expensa. Et qui cingulum hoc acceperit utriusque administrationis accipiat annonas collectas in septingentos XXV. aureos, et officio utatur uno, et fiscalium cursus ac periculum unum et commune sit et circa eum, qui cingulum habet, et adversus officium, quod in unam conveniet figuram, et coaptabitur in semet ipso, sicut a praesidente (16) ordinatur. Et assessor administrationis duos et septuaginta aureos a fisco percipiet, et officium, quod ex ambobus unum fit, quadringentos quadraginta septem et tremissem accipiet aureos.

### Capitulo III

Por lo cual, el que recibe este cíngulo sea llamado gobernador Justinianeo del Helesponto. Le obedecerán los militares establecidos en la provincia, tendrá un encargado de respuestas, y le estarán subordinados los de cualquier posición social, sin que puedan oponer razón de privilegio. Mas oiga así las causas pecuniarias como las criminales, y las demás, las menores sin escritos y gratuitamente, las mayores ciertamente con escritos, pero con las expensas prescritas en una sacra constitución nuestra. Y el que obtuviere esta magistratura reciba reunidas las annonas de una y de otra administración hasta la cantidad de setecientos veinticinco áureos, y sírvase de un solo oficio, y la recaudación y la responsabilidad de los tributos fiscales serán única y común tanto para el que tiene el cíngulo como para su oficio, que se reunirá en una sola forma, y se reorganizará en sí mismo, según se ordene por el presidente. Y el asesor de la administración recibirá del fisco setenta y dos áureos, y el único oficio, que se forma de los dos, cuatrocientos cuarenta y siete sueldos y tercio.

### Cap. IV

Qui vero administrationem habet loci (17) servatores quidem civitates non diriget (hoc enim observabit, sicut et sacris nostris continetur (18) man-

### Capitulo IV

Mas el que desempeñe este cargo no enviará lugartenientes á las ciudades, (porque observará esto, como se contiene también en nuestros sacros man-

---

(1) *El cód.*; omnes autem, *Bk.*
(2) metropolim, *el cód.*; metropoli, *Bk.*
(3) *Bk.*; metropolitis, *el cód.*
(4) *Bk*; et, *el cód.*
(5) *Bk.*; etiam, *el cód.*
(6) *Bk.*; tali, *el cód.*
(7) *Bk.*; inter, *el cód.*
(8) *Bk.*; compositor evocavit, *el cód.*
(9) *Bk.*; romana nobilitate, *el cód.*
(10) quidem, *el cód.*, *y Bk.*
(11) *Bk.*; Elesponto, *el cód.*
(12) *Bk*; autem ei, *omítelas el cód.*
(13) *Bk.*; rationum, *el cód.*
(14) ex, *omítenla el cód.*, *y Bk.*
(15) *Bk.*; secunda sacra nostra constitutione, *el cód.*
(16) *Bk.*; praesente, *el cód.*
(17) *Bk.*; locis, *el cód.*
(18) *Bk.*; continentur, *el cód.*

datis), ipse vero circumibit (1) civitates a nulla lege aut sacra pragmatica prohibendus forma, licet tale (2) aliquid prius imperabat tempus. Eritque et in metropolibus, et in aliis, ubicunque pervide-rit, (si omnino civitas sufficiens est ad susceptionem eius), ipse tamen lucro abstinens (3) et sine damno omni. Nec ipse enim, nec officialis (4), neque miles, nec similis sequens eum percipiet aliquid a tributariis, aut expendet gratis, et aut collatores nostros conteret, aut sequentes se milites hoc ipsum agere sinet. Utique enim (5) et hoc pars sacrorum nostrorum mandatorum est. Ipse quidem et iusiurandum considerans, quod iuravit, et quia gratis accipiens cingulum et augmentum tantum habens annonarum (6), nunquam audebit aliquid accipere, nisi cum magna reddere hoc poena voluerit (7), nec officium tale aliquid agere aut accipere per talem occasionem sinet; milites autem, nisi propriis annonis contentos (8) sequi procuraverit, nec ipse (9) extra iustam indignationem erit, cogeturque ex emolumentis (10) eorum exigere etiam ab eis factum dispendium et (11) hoc collatoribus restituere.

§ 1.—Propterea itaque volumus (12) has administrationes maiores et honestiores esse et multitudine ministrorum (centum enim (13) ei volumus officiales esse), et nobilitate dignitatis (spectabilem enim (14) ei facimus administrationem), ut in necessitatibus iudicibus utamur nobilioribus et nostris iussionibus ministrare potentibus. Quid enim (15) agerent viri secundum (16) ante nos schema provinciis praesidentes, pauci quidem exsistentes paucisque praepositi, percipientes a fisco satis mediocria, dantes autem plurima, furari vero coacti et unum habentes hoc studium, ut sequentibus creditoribus occasione horum, quae circa cingula data sunt, paulatim reddant eranum (17)? quo nostros collatores consueverunt vendere, impios similiter et periculosos sibimet invenientes quaestus.

§ 2.—Haec nos exoraverunt non solum ex hoc lucra repudiare, sed etiam de proprio superexpendere multum, et sicubi aliquibus venalis a praecedentibus nos administrationis dabatur figura, hoc redimere, et liberos nostros sinere collatores, et ex proprio ferre solatium percipientibus, ut et hanc eis impertiremur libertatem. Repositum enim erat nobis, ut videtur (18) deo talia largiente, non solum Afris, neque gentibus illic donare libertatem, sed etiam in media nostra republica annis singulis venditos, et neque sub eodem manere permissos emtore (19), sed (20) paulatim aliorum atque aliorum potestatis semper factos liberare tali dispendio et confusione. Hanc iudicavimus nos gratiam competere dicare deo, qui imperialem coronam nobis imposuit, qui purpuram communi decreto a pa-

datos), sino que él mismo recorrerá las ciudades, sin que se lo prohiba ninguna ley ó sacra pragmática disposición, aunque algo de esto mandaba la antigüedad. Y estará así en las metrópolis, como en otras ciudades, donde le pareciere, (si es que la ciudad fuera capaz para albergarlo), pero absteniéndose él de todo lucro y de causar perjuicio alguno. Porque ni él, ni sus oficiales, ni los militares, ni otros que le estén subordinados percibirán de los tributarios cosa alguna, ó consumirán gratuitamente, ni abrumarán á nuestros contribuyentes, ni él dejará que hagan esto mismo los militares que dependen de él. Porque ciertamente que esto es también parte de nuestros sacros mandatos. Y él también considerando el juramento que prestó, y que gratuitamente recibe el cíngulo, y que tiene tan grande aumento de annonas, no se atreverá nunca á recibir cosa alguna, á no ser que quisiere devolverla con una grave pena, ni dejará tampoco que sus oficiales hagan ó reciban alguna cosa de estas con tal ocasión; y si no procurare que los militares le sigan contentos con sus propias annonas, no estará él libre de justa indignación, y será obligado á cobrar de los emolumentos de aquéllos el dispendio que por los mismos se hizo, y á restituírselo á los contribuyentes.

§ 1.—Y así, queremos que estas magistraturas sean más elevadas y más honradas tanto por la muchedumbre de sus servidores, (porque queremos que tenga cien oficiales), como por la nobleza de su dignidad, (pues le hacemos espectable esta administración), para servirnos en los casos necesarios de jueces más nobles y que puedan cumplir nuestros mandatos. Porque ¿qué harían varones que según el orden anterior á nosotros presidieran las provincias, siendo ciertamente pocos y estando al frente de pocos, percibiendo bastante poco del fisco, pero dando mucho, viéndose precisados á robar, y teniendo este solo empeño, el de devolver paulatinamente el dinero á los que se hicieron acreedores suyos con ocasión de lo que dieron por el cíngulo? Por lo cual se acostumbraron á vender á nuestros súbditos, procurándose para sí mismos ganancias impías al mismo tiempo que peligrosas.

§ 2.—Estas cosas nos movieron no solamente á repudiar los lucros de aquí provenientes, sino también á gastar mucho de lo nuestro, y si alguna vez se les daba en venta por nuestros predecesores una especie de administración, á remediar esto, y á dejar libres á nuestros contribuyentes, y á darles de lo nuestro propio sueldo á los que la obtienen, de suerte que también los hagamos participar de esta libertad. Porque nos estaba reservado, concediéndonos Dios, según parece, tales cosas, no solamente darles la libertad á los Africanos y á las gentes de aquella parte, sino también librar de tal dispendio y confusión á los que cada año son vendidos en el centro de nuestra república, y no se les permite que permanezcan en poder del mismo comprador, sino que de poco en poco son constituídos siempre

(1) *Bk.*; circa, *el cód.*
(2) *Bk.*; tamen, *el cód.*
(3) *Bk.*; est—abstinens, *omitelas el cód.*
(4) officiales, *el cód., y Bk.*
(5) *Bk.*; enim, *omitela el cód.*
(6) *Bk.*; haberemus annorum, *el cód.*
(7) *Bk.*; voluerint, *el cód.*
(8) *Bk.*; proprias annonas contemptos, *el cód.*
(9) *Bk.*; ipsa, *el cód.*
(10) *Bk.*; molumentis, *el cód.*
(11) *Bk.*; et, *omitela el cód.*
(12) *Bk. ed. estereotipada*; voluimus, *Bk.*
(13) *Bk.*; enim, *omitela el cód.*
(14) *Bk.*; enim. *omitela el cód.*
(15) *Bk.*; Quod et, *el cód.*
(16) *Bk.*; sed, *el cód.*
(17) *Bk.*; paulatim aeranum, *el cód.*
(18) *Bk.*; vite detur, *el cód.*
(19) emtores, *el cód., y Bk.*
(20) *Bk.*; sed, *omitela el cód.*

tre (1) nobis donavit, qui largitus est talia (2) simul et tanta, qualia priorum dedit nulli.

bajo la potestad de unos y de otros. Y hemos juzgado que era lo procedente consagrar esta gracia á Dios, que nos puso la corona imperial, que por decreto común nos ha dado la púrpura por medio de nuestro padre, y que nos ha concedido al mismo tiempo tales y tantas cosas, como no se las otorgó á ninguno de los predecesores.

## Cap. V

Oportet igitur eum, qui ad cingulum accedit hoc, scientem, quantorum quidem virorum, quantarum praesidet civitatum, quomodo autem est nobilis, mutamus ex consulari et praesidali (3) in administrationem maiorem et spectabilem, parcere (4) ubique subiectis, et servare eos indemnes, et puris uti (5) ubique manibus, et fiscum augere et utilitatis eius omnem ponere providentiam, et acceptionibus abstinere, et civitatibus comiter et proprie interponere quae iusta (6) sunt, et circumire eas et sanare, et lucri causa neque quidquam agere neque minus maius, sed gloriam bonam appetere, et per omnia bene iurare (7), et nobis in (8) omnibus gratum esse.

§ 1.—Quod autem maxime in Ponto delinquitur observet, ne ulli det (9) licentiam aut titulos imponere praediis (10) aut possessionibus alienis. Solius enim proprium hoc fisci et imperialium (11) domuum est (12), et nostrarum et piissimae Augustae. Si autem in alterius cuiuslibet inveniat appellationem tabulas impositas, eas quidem repente deponat, investiget autem, quis (13) eas fixerit (14). Et si quidem ipse, qui dicit se dominum rei, hoc agat, repente illius rebus titulos imponat publicos, in caput ei frangens ab eo positos titulos; si vero curator fuerit rerum alienarum, et titulos, sicut praediximus, confringat eius capiti, verberibusque eum subiiciat amaris, ut discens (15), cui competit persona cognoscat, quia non licet (16) neque per se, neque per aliquos obsequentium aut ad (17) avaritiam susceptorum subiectos laedere.

## Capitulo V

Es, pues, menester que el que llega á esta magistratura, sabiendo á cuántos hombres y á cuántas ciudades preside, y cuán noble es, habiendo sido cambiado de una administración consular y presidencial á otra superior y espectable, guarde en todo consideración á los súbditos, y los conserve indemnes, y tenga siempre manos limpias, aumente las rentas del fisco y ponga todo cuidado en sus provechos, se abstenga de recibir regalos, aplique cortesmente y con propiedad á las ciudades lo que sea justo, las recorra y las sanée, no haga cosa alguna ni pequeña ni grande por causa de lucro, sino que aspire á buena gloria, guarde bien en todo su juramento y en todo nos sea grato.

§ 1.—Pero cuide de esto en que principalmente se delinque en el Ponto, de no dar á nadie licencia para poner títulos á predios ó posesiones de otros. Porque esto es propio solamente del fisco y de las casas imperiales, tanto nuestras, como de la piadosísima Augusta. Mas si hallare puestos rótulos para la designación de otro cualquiera, quítelos inmediatamente, é investigue quién los haya fijado. Y si verdaderamente esto lo hubiere hecho el mismo que dice que es dueño de la cosa, póngale inmediatamente títulos públicos á las cosas de aquél, rompiéndole en la cabeza los títulos puestos por el; pero si hubiere sido el curador de bienes ajenos, rómpale, según hemos dicho, los títulos en su cabeza, y castíguelo con fuertes azotes, para que sabiéndolo la persona á quien competa conozca que no le es lícito perjudicar á los súbditos ni por sí mismo, ni por medio de alguno de los que le obedecen, ó de los escogidos para su avaricia.

## Cap. VI

Oportet autem eum similiter spectabilem moderatorem cohibere etiam latrocinantes, vim facientes, et mulieres atque substantias, iumenta et similia abripientes (18), quatenus purum servet quod iustum est, et appareamus recte super eo cogitasse, et ne una nobis ingrediatur poenitentia, quia (19) latronum persecutores (20) et violentiarum inhibitores amovimus (21), aliquibus quidem discurrentibus per provinciam, ipso vero non (22) ulciscente. Ideo enim et ei milites subdidimus, ut et illorum habens manum inexpugnabilis violentis sit.

## Capitulo VI

Mas es necesario que igualmente este espectable gobernador reprima también á los ladrones, á los que cometen violencias, y roban mujeres y bienes, caballerías y otras cosas semejantes, á fin de que conserve puro lo que es justo, y aparezcamos que con acierto pensamos de él, y no invada nuestro ánimo cierto arrepentimiento, porque hemos suprimido los perseguidores de ladrones y los que impedían las violencias, y discurriendo ciertamente algunos por la provincia, él no los castiga. Pues para esto pusimos á sus órdenes los militares, para que teniendo la fuerza de éstos sea inatacable por los que cometen violencias.

(1) *Bk.*; patria, *el cód.*
(2) *Bk.*; tali, *el cód.*
(3) *Bk.*; praedali, *el cód.*
(4) *Bk.*; partem, *el cód.*
(5) *Bk.*; uti, *omítela el cód.*
(6) *Bk.*; iuxta, *el cód.*
(7) *Bk.*; vitare, *el cód.*
(8) *Bk.*; in, *omítela el cód.*
(9) *Bk.*; ne videlicet, *el cód.*
(10) *Bk.*; praesidiis, *el cód.*
(11) *Bk.*; impleri alium, *el cód.*
(12) *Bk.*; est, *omítela el cód.*
(13) *Bk.*; qui, *el cód.*
(14) *Bk. ed. estereotipada*; fixit, *Bk.*
(15) *Bk.*; dicens, *el cód.*
(16) *Bk.*; quia videlicet, *el cód.*
(17) ad, *omítenla el cód., y Bk.*; et avaritiam, *Bk. ed. estereotipada.*
(18) *Bk.*; arripientes, *el cód.*
(19) *Bk.*; qua, *el cód.*
(20) *Bk.*; persecutorum, *el cód.*
(21) *Bk.*; amovi, *el cód.*
(22) *Bk.*; non, *omítela el cód.*

### Cap. VII

Haec (1) eum complexive monemus; particulariter autem sciet et aperte et ex lege omnibus in commune conscripta, secundum quam ordinavimus administrationes, et ex imperialibus mandatis, quae ei dantes explicavimus (2), quemadmodum disponat administrationem. Et haec agens nobis non exosus erit, et deo legique suam animam commendabit, ac bonas pro omni gubernatione habebit spes. Subiicietur autem et descriptio huic legi, per quam fiet manifestum, quod quidem ipsum et assessorem et officium eius a (3) fisco competat accipere, quod autem pro administratoriis (4) praebere codicillis, quatenus sciens (5) libertatem (6) dationis in se factae et paucitatem a se circa codicillos procedentis expensae utatur competenter rebus, maioribus gentibus et amplioribus hominibus sperans praecipi, si praesentibus (7) utatur competenter.

### Capítulo VII

Esto se lo prevenimos en compendio; mas en particular y con claridad sabrá por la ley escrita en común para todos, según la cual hemos organizado las administraciones, y por los mandatos imperiales, que al conferírsela hemos explanado, de qué modo desempeñará la administración. Y haciendo esto no nos será odioso y encomendará su alma á Dios, y á la ley, y tendrá buenas esperanzas por todo su gobierno. Al pie de esta ley se pondrá también una nota por la cual se hará manifiesto lo que ciertamente compete que él mismo y su asesor y su oficio reciban del fisco, y lo que debe dar por las credenciales de su administración, á fin de que conociendo la libertad con que á él se le ha conferido y la pequeñez de gastos que por él se han de hacer respecto á las credenciales, se valga de un modo conveniente de las cosas, esperando ser puesto al frente de gentes más importantes y de más numerosos hombres, si convenientemente se sirviera de las cosas presentes.

### Cap. VIII

Damus autem isti et appellationes, quae ab eo sunt, secundum spectabilium iudicum schema et apud gloriosissimos praefectos et apud gloriosissimum nostrum secundum consultationem iudicari quaestorem; causasque minores quingentorum aureorum in eius provincia apud aliquos motas (vel si (8) forte ex delegatione, nec (9) tamen apud spectabiles dicantur) (10), quando sub (11) appellatione fuerint (12), ipsum in ordine sacri examinare auditorii, ut is etiam secundum hoc honestior memoretur a nobis datum (13) augmentum sibi, et ita utatur rebus, quatenus inculpabilem semet ipsum omnibus subiectis, et nobis ipsis, et super nobis (14) deo legique praebeat (15).

### Capítulo VIII

Mas también le concedemos que las apelaciones que de él se hagan sean juzgadas en la forma de espectables jueces ante los gloriosísimos prefectos y ante nuestro gloriosísimo cuestor por vía de consulta; y él mismo examine en el orden de sacra audiencia cuando estuvieren en apelación los litigios menores de quinientos áureos promovidos ante algunos en su provincia, (aunque acaso hayan sido fallados en virtud de delegación, pero no ante jueces espectables), á fin de que, más honrado también con esto, tenga presente el acrecentamiento que por nosotros se le dió, y de tal modo se conduzca en las cosas, que se muestre él mismo sin culpa á todos nuestros súbditos y á nosotros mismos, y sobre nosotros á Dios y á la ley.

### Epilogus

Haec igitur omnia tua celsitudo cognoscens tantas ei annonas det, sicque eam noverit honestam factam (16), ut plurimis rite sit studiosa nunc ei dati a nobis floris (17) dignitatisque concupiscentia.

Dat. XV. (18) Kal. Aug. Constantinopoli, Belisario V. C. Cons. [535.]

### Epílogo

Por tanto, conociendo todo esto tu excelsitud déle tantas annonas, y así sabrá que esta administración ha sido tan ennoblecida, que con razón muchos tendrán estudiado deseo del esplendor y de la dignidad que ahora le han sido dados por nosotros.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de Belisario, varón muy esclarecido. [535.]

## CONST. XXIX (19)

DE PRAETORE PAPHLAGONIAE

*Imp.* Iustinianus *A.* Ioanni *Pf. P.*

### Praefatio

Paphlagonum gens et antiqua (20), et non sine

## CONSTITUCIÓN XXIX

DEL PRETOR DE PAFLAGONIA

*El Emperador* Justiniano, *Augusto, á* Juan, *Prefecto del Pretorio.*

### Prefacio

La gente de los Paflagones fué antigua y no sin

(1) *Bk.*; Esse, *el cód.*
(2) administrationes—explicavimus, *omítelas el cód.*
(3) *Bk.*; a, *omítela el cód.*
(4) *Bk.*; administratorii sunt, *el cód.*
(5) scienti, *el cód., y Bk.*
(6) *El cód.*; liberalitatem, *Bk. ed. estereotipada.*
(7) *Bk.*; praecessi praesentibus, *el cód.*
(8) *Bk.*; si, *omítela el cód.*
(9) *Bk.*; nec, *omítela el cód.*
(10) *Bk.*; dicatur, *el cód.*
(11) *Bk.*; sub, *omítela el cód.*
(12) *Bk.*; fuerit, *el cód.*
(13) *Bk.*; dato, *el cód.*
(14) *Bk.*; ipsis insuper et nostros, *el cód.*
(15) *Bk.*; praeberet, *el cód.*
(16) *Bk*; in everi honestia factum, *el cód.*
(17) *Bk.*; flores, *el cód.*
(18) XVII., *Bk. Véase Biener.*
(19) *El texto griego se halla en Hal. y Scrimg.—Bas. VI. 13.—Iulian. const. 28.—Una versión antigua fué publicada por Bk. tomándola del cód. Vindob.*
(20) *Bk.*; antiquum, *el cód.*

nomine constitit, sed in tantum (1), ut etiam colonias magnas mitteret, et (2) in Italorum habitaret Venetiis, in quibus utique et Aquileia civitas in Hesperia (3) maxima habita (4) est, et imperialem saepe diaetam (5) suscepit.

renombre, sino tal, que también creó grandes colonias, y habitó en el Véneto de los italianos, donde ciertamente la ciudad de Aquilea fué considerada la más grande de la Hesperia, y que muchas veces defendió el régimen imperial.

## Cap. I

Igitur Paphlagonum gentem sub Honorii piae memoriae temporibus imminutam, et civitates amittentem aliquas, et per nullam utilem occasionem divisionem quandam suscipientem rursus existimavimus oportere ad pristinam revocare figuram, et unam denuo Paphlagoniam efficere, et quae in (6) duobus egimus Pontis, haec (7) etiam super ea disponere, et gentium harum habentem cingulum unitum (8) et unum pro duobus prioribus (dicimus autem Paphlagoniae et Honoriadis) vocari praetorem (romanum vero (9) etiam hoc nomen et provincias gubernantes decens), officio vero uti uno, coaptato (10) ex prioribus duobus officiis et viris centum numero complendo. Praeeritque etiam iste et fiscalibus omnibus, quaecunque Paphlagones et quaecunque pridem Honoriadis habitatores solvebant, et ponet providentiam civitatum omnium, quas utraque prius habuit provincia (11), hoc est in Honoriade Prusiadis et Cratiae (12), et Adrianopoleos, et Tii, et Claudiopoleos (13) et Heracleae (14). Si enim et quaedam earum ex Bithynia assumtae sunt prius, ut Prusias et Heraclea (15) et ipsa metropolis provinciae (16) (dicimus autem Claudiopolin), sed tamen, quoniam semel migratae sunt, rursus deducere eas in Bithynos et conturbare schema plurimae iudicavimus esse (17) tergiversationis. Quocirca et ipsae, quae dictae sunt, civitates sex prius Honoriadis exsistentes nunc pars et ipsae Paphlagoniae erunt (18). In Paphlagoniis autem ipsis habebit iurisdictionem civitatum aliarum sex olim illi competentium provinciae, dicimus (19) autem Germanicopoleos, circaque (20) Gangram, et Pompeiopolis, et Dadybrorum, et Sororum, et Amastridis, et (21) insuper Iopolitanorum; duodecim enim erunt civitates omnes provinciae universae. Et hic quoque circa sacerdotia quidem nihil novamus, sed metropolitae primitus sacerdotia hic suscipientes manent in ipso ordine, super eis, quantum ad locum, ordinatione non permutata, sed a beatissimo patriarcha felicis huius ordinandi civitatis, ipsi vero qui sub eis sunt ordinantes, quos hactenus ordinabant, nihil alterutris de his neque contendentes, neque permiscentes, sed una tantum provincia fiet plures habens metropoles, hoc quod et in aliis nostris provinciis est (22).

## Capitulo I

Así, pues, hemos estimado que era conveniente volver de nuevo á su primitivo estado la región de los Paflagones, que fué disminuída en tiempos de Honorio, de piadosa memoria, y perdió algunas ciudades, y recibió cierta división sin ninguna ocasión conveniente, y constituir nuevamente una sola Paflagonia, y disponer también respecto á ella lo que hicimos en los dos Pontos, y que el que tenga el cíngulo de estas gentes reunido y hecho uno en lugar de los dos anteriores, (nos referimos al de la Paflagonia y al de la Honoriada), sea llamado Pretor, (porque también este nombre es romano y cuadra á los que gobiernan las provincias), se sirva de un solo oficio, formado de los dos anteriores oficios y que haya de constar de cien individuos. El también estará al frente de todos los tributos fiscales, que pagaban los Paflagones y en otro tiempo los habitantes de la Honoriada, y cuidará de todas las ciudades que antes tuvieron ambas provincias, esto es, en la Honoriada, de Prusias y de Cracia, y de Adrianópolis, de Tio, de Claudiópolis y de Heraclea. Porque aunque algunas de éstas fueron tomadas antes de la Bitinia, como Prusias y Heraclea, y la misma metrópolis de la provincia, (nos referimos á Claudiópolis), esto no obstante, como ya una vez pasaron á aquélla, hemos juzgado que era expuesto á mucha confusión volverlas de nuevo á la Bitinia y perturbar el orden. Por lo cual, también estas mismas seis ciudades, que se han dicho, y que eran antes de la Honoriada, serán ahora parte igualmente de la misma Paflagonia. Mas entre los mismos Paflagones tendrá jurisdicción sobre las otras seis ciudades que en otro tiempo pertenecían á esta provincia, queremos decir, sobre Germanicópolis, que está cerca de Gángra, y sobre Pompeyópolis, y Dadibrón, y Soros, y Amastrida, y además sobre Yonópolis; pues todas las doce ciudades serán las de toda la provincia. Y tampoco aquí innovamos nada ciertamente respecto al sacerdocio, sino que los metropolitanos que antiguamente recibían aquí el sacerdocio permanecerán en el mismo estado, no alterándose respecto á ellos la ordenación en cuanto á la localidad, sino debiendo ser ordenados por el beatísimo patriarca de esta feliz ciudad, y ordenando ellos mismos á sus subordinados, á quienes hasta ahora ordenaban, no contendiendo entre sí sobre nada de estas cosas, ni perturbándolas, sino que se constituirá una sola provincia que tiene varias metrópolis, cosa que sucede también en otras provincias nuestras.

## Cap. II

Qui autem cingulum habet provinciae totius (Pa-

## Capitulo II

Mas el que tiene la magistratura de toda la pro-

(1) *Bk.*; sed interim, *el cód.*
(2) *Bk.*; mittere (*omitiendo* et), *el cód.*
(3) *Bk.*; specia, *el cód.*
(4) *Cabe dudar si el antiguo traductor escribió* habitata.
(5) *Bk.*; imperiale more praedictam, *el cód.*
(6) *Bk.*; ex, *el cód.*
(7) *Bk.*; egimus omnibus hoc, *el cód.*
(8) unicum, *el cód.*, *y Bk.*
(9) *Bk.*; quoque, *el cód.*
(10) *Bk. ed. estereotipada*; eo optato, *el cód.*
(11) *Bk.*; civitatum — provincia, *el cód.*
(12) Gratie, *el cód.*
(13) et Tii et Claudiopoleos, *omítelas el cód.*
(14) Heraclea, *el cód.*
(15) Si — Heraclea *omítelas el cód.*; *Bk. suplió estas palabras, omitiendo, sin embargo,* ut Prusias.
(16) *Bk.*; provincia, *el cód.*
(17) *Bk.*; et. *adiciona el cód.*
(18) *Bk.*; ipsa P. erit, *el cód.*
(19) *Bk.*; dictimus, *el cód.*
(20) *El cód.*; circa, *Bk. ed. estereotipada.*
(21) et, *omítenla el cód.*, *y Bk.*
(22) *Bk.*; est, *omítela el cód.*

phlagonia vero vocetur (1) omnis, sicut et prius) civitates circumeat (2), prohibente nulla prius forte in prohibitionem (3) talium facta forma, vices agentes tamen civitatibus non dirigens (hoc enim ei penitus interdicimus; nam absurdum est et simul quidem ipsum in provincia appellari, simul autem aliorum officium esse legem dare (4), sed ipse *omnia* gubernet. Et fiscalia (5) exiget cum omni largitate, neque superexigens, neque minus, sed secundum iustitiam aequalitatem tuens, ponensque providentiam, vel, si quid laesus est fiscus, hoc emendare, civitatesque (6) custodiens indemnes, communiterque (7) et proprie; et annonas quidem accipiens, quas utraque (8) prius habebat administratio, collectas in aureis septingentis XX. quinque, habens autem et consiliarium septuaginta duos percipientem aureos, et officium unum ex ambobus compositum, et in virorum centum collectum numerum, trecentos XL. septem et tremissem (9) aureos pro emolumento percipiens a fisco; gratisque accipiens cingulum et gratis hoc impetrans. Nos enim et hic nostris collatoribus prosumus, et accipientibus ex consuetudine occasione appellati suffragii dabimus ipsi hoc ex tributis ipsius provinciae largientes per sedem tuam, et non permittemus sub imagine et velamento venditionis nostros subiectos in servitium redigi. Non enim qui barbaris pridem subditos eripuimus (10) et antiquam in eos reduximus libertatem, eos, qui apud nos ipsos sunt, aliis (11) servire permittimus, sed deo per nos plurimis gentibus libertatem largienti huic (12) etiam nos, quantum est possibile, semper venditorum (13) subditorum nostrorum offeremus (14) libertatem, neque accipientibus (15) nocentes (repensamus enim eis solennem utilitatem), neque sinentes (16) administrationibus nomine suffragii subiectos nostros veluti quoddam (17) mancipiorum emere quidem a venditoribus, vendere vero opprimentibus. Sit igitur tibi etiam (18) haec Ponticae dioecesis provinciarum una, duplex primitus, nescimus cur, facta, et vocabis quidem, sicut praediximus, in hac praesidentem praetorem Paphlagoniae Iustinianum. Licet autem eum lingua Helladica et στρατηγὸν (19) appellare.

vincia, (sea llamada toda ella Paflagonia, como antes), recorra las ciudades, sin que lo impida ninguna disposición acaso dada antes para prohibir tal cosa, no enviando, sin embargo, á las ciudades quienes hagan sus veces, (porque esto se lo prohibimos en absoluto; pues es absurdo que al mismo tiempo sea él llamado á dar la ley en la provincia, y que éste sea *ministerio de otros*), sino gobernándolo todo él mismo. Exigirá con toda diligencia los tributos fiscales, no exigiendo de más, ni de menos, sino atendiendo en justicia á la igualdad, y poniendo cuidado, si el fisco sufrió alguna lesión, en remediarla, y en conservar indemnes general y particularmente las ciudades; percibiendo ciertamente las annonas, que tenían antes ambas administraciones, resumidas en setecientos veinticinco áureos, pero teniendo también un consiliario que percibirá setenta y dos áureos, y un solo oficio compuesto de dos, y formado de cien individuos, que cobrará del fisco por emolumentos trescientos cuarenta y siete áureos y tercio; y recibiendo gratuitamente el cíngulo, y desempeñándolo gratuitamente. Porque nosotros favorecemos también en esto á nuestros tributarios, y á los que por costumbre recibían algo con ocasión del llamado sufragio se lo daremos nosotros mismos de los tributos de la misma provincia, satisfaciéndoselo por medio de tu sede, y no permitiremos que con apariencia y pretexto de venta sean reducidos á esclavitud nuestros súbditos. Porque nosotros, que arrancamos de los bárbaros los que antes les estaban sometidos y les devolvimos la antigua libertad, no permitimos que los que están bajo nuestro poder presten servidumbre á otros, sino que á Dios, que por medio de nosotros concedió la libertad á muchas gentes, le ofreceremos también nosotros, en cuanto es posible, la libertad de nuestros súbditos siempre vendidos, no perjudicando á los que cobraban, (porque les satisfacemos la acostumbrada utilidad), ni dejando á los que desempeñan las administraciones que á título de sufragio compren como á esclavos, de los que los venden, á nuestros súbditos, y los vendan á quienes los opriman. Sea, pues, para tí también esta de las provincias de la diócesis del Ponto una sola, antes hecha dos, no sabemos por qué causa, y llamarás también, como antes dijimos, al que en ella presida Pretor Justinianeo de la Paflagonia. Mas es lícito llamarlo στρατηγὸν en lengua griega.

## Cap. III

Iurisiurandi vero eum commemorabis semper, secundum quod percipiet cingulum, ut (20) puras habeat manus et non lucris illicitis sordidatas, quatenus fisco prosit, et augeat (21) iustis et undique inculpabilibus crementis (22), ut (23) tribuat nostris collatoribus aequitatem atque iustitiam et in fiscalibus, et in contractibus (24), et in litigantibus inter alterutros. Circumibit autem indemniter civitates, ut neque ipse, neque eius assessor, neque sequens eum ministerium, sive militum, sive officialium (25),

## Capítulo III

Mas le recordarás siempre el juramento mediante el que obtuviere la magistratura, para que tenga manos limpias y no manchadas con ilícitos lucros, á fin de que sea provechoso al fisco, y lo favorezca con justos y de todo punto inculpables incrementos, y conceda á nuestros tributarios equidad y justicia, así en los negocios fiscales como en los contratos, y cuando entre sí litiguen. Pero recorrerá las ciudades sin causar perjuicios, de suerte que ni él mismo, ni su asesor, ni los servidores que le siguen,

(1) *Bk.*; vocatur, *el cód.*
(2) *Bk.*; civitatesque cucuerat, *el cód.*
(3) *Bk.*; nullo prohibente forte prohibitione, *el cód.*
(4) *Parece que se debe leer* simul autem alii suum officium contra legem dare.
(5) *Bk.*; fiscum, *el cód.*
(6) emendare et vitares que, *el cód.*
(7) comiterque, *el cód., y Bk.*
(8) *Bk.*; uterque, *el cód.*
(9) *Bk.*; remisse, *el cód.*
(10) *Bk.*; eripiamus, *el cód.*
(11) *Bk.*; alios, *el cód.*
(12) *Bk. ed. estereotipada;* hoc, *el cód.*
(13) *Bk. ed. estereotipada;* venditorum, *omítela el cód.*
(14) offerimus, *el cód., y Bk.*
(15) accipimus, *el cód.*
(16) *Bk.*; sementes, *el cód.*
(17) *Bk.*; quondam, *el cód.*
(18) *Bk.*; igitur ut ubi tibi etiam, *el cód*
(19) Helladi castratego, *el cód.*
(20) *Bk.*; et, *el cód.*
(21) *Bk.*; auderat, *el cód.*
(22) *El cód*; in crementis, *Bk.*
(23) ut, *omítela el cód.*; et, *Bk.*
(24) *Bk.*; et fiscalibus in contractibus, *el cód.*
(25) *Bk.*; officia, *el cód.*

sive servorum, aut aliquid lucretur, aut gratis (1) expendat. Oportet enim eos quidem ex quibus eis damus de fisco annonis expensas facere, cum mediocritate competente viventes, sequentes autem eos milites agnoscere, quia, nisi propriis contenti annonis iter egerint, sed praesumserint collatores nostros vexare, aut quibusdam eos circumvenire dispendiis, aut gratis facere expensam, per eum, qui habet administrationem, indemnitas (2) erit collatoribus, ex eorum annonis ea exigentem (3), proprio autem periculo collatoribus eorum procurantem indemnitatem.

ya militares, ya oficiales, ya esclavos, lucren alguna cosa, ó consuman gratuitamente. Porque es ciertamente conveniente que ellos hagan los gastos de las annonas que les damos del fisco, viviendo con la modestia correspondiente, y que sepan los militares que le siguen que si no hicieren el viaje contentándose con sus propias annonas, sino que se atrevieren á vejar á nuestros tributarios, ó á perjudicarles con algunos dispendios, ó á hacer gastos gratuitamente, se les indemnizará á los tributarios por medio del que desempeña la administración, cobrando aquello de las annonas de los mismos, y procurándoles á los tributarios la indemnidad bajo su propia responsabilidad.

## Cap. IV

Sit autem et haec lex nobis in Paphlagonia posita, faciens eis administrationem honestiorem et inter spectabiles adnumerandam (4), et dantem (5) etiam contra milites provinciae ipsius potestatem, in quibus ipsis secundum ius imperat, et contra alios omnes in provincia ipsa (6), uti (7) privilegio non valentes, vel si maiores, vel si forte minores, etsi rerum praesunt potentibus competentium hominibus. Curabit quoque praecipue, quod in illis delinquitur locis, non permittere (8) titulos imponere praediis aliquibus conscriptos (9) in alicuius nomine aliorum, nisi in (10) fiscum et imperiales domos, sed si quid tale invenerit factum, titulos quidem repente deponat, illius vero praediis, qui haec deliquit, si praesens hoc agit, titulos imponat omnino nomine fisci, et prius detractos titulos (11) in illius confringat caput; si vero absens fuerit, praediorum praepositum comprehendens (12), et corpus eius verberibus subiiciet, et titulos (13) etiam sic (14) repente deponet, in caput praepositi praediorum eos confringens, sciens quia, si (15) tale aliquid despexerit, et didicerimus titulos infigi ab (16) aliquibus impositos aliis, praeter fiscum et imperiales domos nostras et piissimae Augustae, et iudicem agnoscentem factum despexisse, ipse, qui cingulum habet, sustinebit confiscationem, quia quum (17) potuerit haec facile prohibere magnitudine utens administrationis, tamen studio haec contemsit.

## Capitulo IV

Mas quede establecida por nosotros respecto á la Paflagonia también esta ley, que les hace más honrosa la magistratura y que haya de ser contada entre las espectables, dándole también potestad contra los militares de la misma provincia, sobre los que impera con arreglo á derecho, y contra todos los demás en la misma provincia, de suerte que no puedan valerse de privilegio, ya sean ellos superiores, ya acaso inferiores, aunque estén al frente de cosas pertenecientes á hombres poderosos. Y cuidará también especialmente, cosa en la que se delinque en aquellos lugares, de no permitir que á cualesquiera predios se les pongan títulos escritos á nombre de uno cualquiera, que no sea el fisco y las casas imperiales, sino que si hallare hecha alguna cosa tal, quite, á la verdad, inmediatamente los títulos, y póngales en todo caso títulos en nombre del fisco á los predios del que en esto delinquió, si esto lo hizo estando presente, y rómpale en la cabeza los títulos quitados antes; pero si hubiere estado ausente, prendiendo al encargado de los predios, sometará á azotes su cuerpo, quitará también inmediatamente los títulos, rompiéndoselos en la cabeza al encargado de los predios, sabiendo que, si desatendiere alguna de estas cosas, y supiéremos que se habían puesto títulos por algunos otros, á excepción del fisco y de nuestras imperiales casas y de las de la piadosísima Augusta, y que conociéndolo el juez había desatendido lo hecho, sufrirá la confiscación de bienes el mismo que tiene el cíngulo, porque, habiendo podido impedir fácilmente esto sirviéndose de lo grande de su magistratura, lo menospreció de intento.

## Cap. V

Illius quoque ponere eum providentiam volumus, ut omnes latrocinantes insequatur, et arripientes alienas vitas aut etiam uxores, et alia (18) crimina committentes, et comprehendat eos, et suppliciis subiiciat competentibus, et omnem iniustitiam inhibeat, et non sinat aliquem mitioribus nocere, ne (19) denuo nos aliis egeamus, qui talia exsequantur, et (20) rursus patiamur biocolytas (id est violentiarum inhibitores) et latronum inhibitores

## Capitulo V

También queremos que ponga cuidado en esto, en perseguir á todos los ladrones, y á los que arrebatan bienes ajenos, ó aun mujeres, y á los que cometen otros crímenes, prendiéndolos, y sometiéndolos á los competentes suplicios, en impedir toda injusticia, y no dejar que alguien perjudique á otros más débiles, á fin de que á su vez no necesitemos de otros que ejecuten tales cosas, y toleremos nuevamente los biocolitas, (esto es, los que reprimen

(1) *Bk.;* gratias, *el cód.*
(2) *Bk.;* indemnitatis, *el cód.*
(3) *Bk.;* eos exegere, *el cód.*
(4) *Bk.;* adnumerando, *el cód.*
(5) *Bk.;* dante, *el cód.*
(6) potestatem—ipsa, *omitelas el cód.; con razón las suplió Bk., pero no sabemos por qué escribió* in quibus ipse.
(7) *Bk.;* At, *el cód.*
(8) *El cód.;* permittens, *Bk.*
(9) *Bk.;* cons ptos, *el cód.*
(10) *Bk.;* aliorum erit, *el cód.*
(11) *Bk.;* imponat—titulos, *omitelas el cód.*
(12) *Bk.;* comprehendere, *el cód.*
(13) *Bk.;* subiiciet in titulo, *el cód.*
(14) *Bk.;* sicut, *el cód.*
(15) *Bk.;* si, *omitela el cód.*
(16) *Bk.;* ab, *omitela el cód.*
(17) *Bk. ed. estereotipada;* qua *(omitiendo* quum*), el cód.*
(18) *Bk.;* alta, *el cód.*
(19) *Bk.;* ne, *omitela el cód.*
(20) *Bk.;* ut, *el cód.*